



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 116. Obstacula Synodi convocationem retardantia atque a Cæsare
proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Aula Nuntium ad Ferdinandum ablega-
 bat, ut de Synodo Tridentum revo-
 canda cum eo ageret: cum autem Im-
 perator in hac re exequenda ingentia
 prævideret obstacula, hinc ad propo-
 sitionem sibi desuper factam hæc re-
 spondit: „summopere quidem commen-
 „dandum est Pontificis consilium, cum
 „unicuique in comperto sit, quod Sy-
 „nodi celebratio unicum sit medium,
 „quo omnes tumultus Ecclesiam pro-
 „sciindentes sedari possunt: hinc optan-
 „dum fuisset, ut hoc jam pluribus re-
 „tro annis fuisset arreptum, sicque tot
 „clades, quæ rebus tum sacris, tum
 „profanis acciderant, evitarentur; sa-
 „tius tamen est, sero, quam nunquam
 „medicinam admoveri, cum Christiana
 „respublica adeo labefactata, ac per-
 „turbata schismate laboret, ut sine ce-
 „leri curatione externis viribus infide-
 „lium ægre possit obsistere: sed quan-
 „tumvis rei conficiendæ satageret Pon-
 „tifex, molimen tamen operis annuo sal-
 „tem spatio indiget; a me vero nihil
 „diligentiæ ad rem facilius peragendam
 prætermittetur „

Sæcul XVI.
 A.C 1560.

§. CXVI.

*Obstacula Synodi convocationem re-
 tardantia, atque a Cæsare
 proposita.*

Postea

Sæcul. XVI
A. C. 1560.

Pall. n. II.

comm.

Burghes.

Postea Cæsar difficultates, quas Synodi celebrandæ obstare credebat, sigillatim recensens agebat. I. Firma, ac constans pax præprimis Franciam inter, & Angliam est stabilienda. II. Concilium bis Tridenti inchoatum, brevi tempore, & sine fructu illic perstitit, præsertim ob Principum culpam, qui aut præsentia, aut legationibus suis ipsum honorare neglexerunt: eorum itaque frequentia a Pontifice urgenda, ne Synodus iisdem, ut antea, difficultatibus sit obnoxia: ego autem meis partibus haud deero, idemque mihi significavit Rex Hispaniæ Nepos meus, se peracturum: sed quid habeant in animo Reges Galliæ, Britannæ, Lusitanæ, Scotiæ, Sueciæ, Poloniæ, Senatus Venetus, aliique, mihi non liquet: propterea opus est, ut Pontifex opportune cum ipsis sive per se, sive per idoneos Viros agat, & ubi Pontifex arbitrabitur, meam quoque operam impendendam, ei, prout obsequentem filium decet, morem gerere polliceor: porro quod ad Principes, Ordinesque imperii spectat, certum est, Ecclesiasticos & Laicos Catholicos conventuros, eos vero, qui confessionem Augustanam sequuntur, nonnisi durissimis conditionibus impetratis, quas ipsi in postremis Augustiæ

Sæcul. XVI.
A. C. 1560.

„gustæ comitiis efflagitaverunt, consen-
„suros prævideo: num autem tentan-
„dum esset, armis subigere homines
„potentes, in suis erroribus obstinatos,
„variisque fœderatis munitos, dubio
„subjacet; hinc nil aliud agere valeo,
„nisi eos ad Synodum invitare.,,

„III. Synodo bis inceptæ gravi de-
„trimento fuit Pontificis absentia, ea-
„que apud multos sanctionum auctori-
„tatem deprimebat, cum tamen in
„prisca Conciliis compertum esset, quan-
„tum dignitatis præsentia Romanorum
„Pontificum ipsis attulisset: quare oportet,
„ut in hoc recenti Concilio hujus-
„modi auctoritas omnino non delide-
„raretur.,,

„IV. Mihi videtur, quod Tridenti-
„nam Urbem nec loci amplitudo, nec
„soli ubertas, nec situs opportunitas ad
„tam celebrem confessum commendet,
„potius vero Colonienfis Urbs his do-
„tibus gaudeat, vel si ea Pontifici mi-
„nus grata, saltem Constantiensis, vel
„Ratisbonensis Urbs eligi posset.

„V. Quamvis, utpote obsequens Pon-
„tificis filius, non auderem rationem
„præscribere, qua in Concilio res Re-
„ligionis essent agitandæ, studio tamen
„prosperi successus sincere dico, quod
„protestantes conquerantur de nimia
„duritia, qua Synodus antea in eos

uia

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

„usa fuerat, cum ipsis publicæ fidei ta-
„bulæ haud fuerint datæ ea forma, qua
„Bohemis concessæ fuerant a Synodo
„Basileensi, nec iidem ibi satis auditi,
„VI. Si Pontifex animum præferret
„resumendæ, continuandæque Synodi
„Tridenti hucusque suspensæ, in hoc
„etiam prævalida mihi obstacula obji-
„ciuntur non ex eo, quod promulgata de-
„creta impugnare, aut labefactare mens
„sit; sed quod hujusmodi continuatio
„fieri non posse videatur præcipue ob
„protestantes, qui absque dubio audiri
„volunt de integro, etiam super arti-
„culis ibi jam sancitis.,,

„VII. Suspensio duntaxat ad bien-
„nium decreta jam octavum præter-
„gressa est annum, nulla habita alia
„suspensione: hinc ampliori gloriæ est
„futura Pontifici nova Synodi, quæ ab
„ipso penitus fiet, celebratio, quam
„pristinæ tamdiu interruptæ conti-
„nuatio.,,

§. CXVII.

*Calicis usus, ac Sacerdotum conu-
bium a Cæsare postulata.*

Post ea Cæsar alias adhuc propo-
nens difficultates ita prosequatur:
„quoniam igitur tam ardua est Concilii
„convocatio, ejusque exitus tam am-
„biguus, cupio audiri a Pontifice men-
tem